



Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofvrti, 1601

XL. Ioan. Trit. Dilectis In Christo Sororibvs, Richmodi Abbatissæ, ac
vniuerso conuentui monasterii S. Laurentii in Sebach salutem.

urn:nbn:de:0128-1-17336

optauimus sepe, quo nobis veros & sanctos liceret imitari sapientes, qui per abstractionem sibi veraciter vnitum cum ardentissimo amoris desiderio in Deum salutis tramitem tenuerunt. Quid nobis & mundo, qui hinc velociter migraturi sumus? Ecce quam mihi amatores mundi mercedem tribuere, quā Deo seruire prælatos monachorū sine mundo non potui. Nihil vnquam vt nosti, quā suū mundanū, nihil amari terrenū, sine mundo voluptates fugi atq; despexi, & persecutionem ab hominibus sustinui gratis, sine merito, sine causa, sine culpa. Deus autem omnipotens cui soli placere cupio, hāc super me tribulationem nec iniuste nec sine causa permisit, cuius bonitati gratias ago, quia in veritate cognoui hanc æmulorum aduersum me iniuriam non parū mihi prodesse. Accipio quod meum est cum patientia, quantum indulserit Dominus Iesus: ipsi qui nō merenti coram hominibus intulere contumeliam, viderint quo zelo ad inferendam fuerint inducti. Non moueor iniuria mihi facta, dum videor mecum, sed cum tranquillitate mētis dicere possum: Conscia mens recti, famā mendacia spernit, sciens verum quod illi in vitium credula turba sicut. Nil de me dubites amantissime præceptor, faciam pro viribus quod Christi decet amatorem atq; discipulum, feramq; mentē tranquillā quā nobis ferenda proposuit. Quid ni ferrem patienter, qui & Christianus sum & monachus, magnā non ignarus mercedis. Tu pro me ora ac vale. Hæc scripsi ex ciuitate Neometensi vicesima die mensis Augusti, & per Narciscum medicum Parisios in domum Caroli Bouilli de sancto Quintino oriundi Theologi, quem nosti, amici nostri, tibi præsentanda ordinavi, nec dubito quin fideliter ad te perferentur. iterum vale. Anno Ahrifti 1505.

XXXIX.

IOAN. TRITEM. ABBAS SPAN. CAROLO BOVILLO DE S.
Quintino theologo Parisensi S.

SVBRATVS sum, Carole Bouille, harū latori Narcisco, quod nos te incio Parisios exiit, quia tuas volebā habere literas. Te tamen bene valere nunciavit, à quo statum rerū nostrarū, & quid super his mente geramus, auditurus es. Memorē te facimus promissionis tuæ nobis anno factæ priore, cum in nostro nobiscum esse cœnobio Spanhemensi per dies 14. vt quæstiones illas sacræ scripturæ profundissimas, quarum capita dudum in Spanheim consignauimus, quam primum absoluas, nobisq; vt pollicitus es trāsmittas. Erunt enim perpetuum apud nos memoriale nominis tui, & mutue testimonium dilectionis. Valde nos delectant omnia quæ in literis explicaueris, quoniam veterū more doctorū solidus es & veritatis enucleator lucidus, neq; verborū multiplicatione superfluus, neq; deficiētia in his quæ fuerint necessaria recusus. Ea quæ de intellectu scripsisti & mihi cōplacuerūt & multis. Continēt. n. verā Christianorū theologiā, purā & absolutā, quæ mētī cognitionē & affectui cōfert summi boni desiderii, cōsistens in se pura, integra & cādida, sine cicatricibus, exterarum traditionum. Nūquam mihi placuit quorundā curiositas, qui humana commiserant diuinis, & sacrā scripturam, quæ & pura & sibi sufficiens est & nobis, gentiliū loquacitate commaculant. Cōtra quos beatus Hieronymus in epistola loquitur ad Damasum Papam. De scripturis disputantem non decet Aristotelis argumenta conquirere, nec ex flumine Tullianæ eloquētiæ ducēdus est riuulus, nec aures Quintilianī flosculis & scolarī declamatione mulcēdæ, sed pedestris & quotidianæ similitudinis & nulla lucubratione redolens oratio necessaria est, quæ rem explicet, sensum edisserat, & obscura manifestet. Scriptura enim Dei manifesta est, testimonium Dei lucidum est, sapientiam præstans paruulis. Non egent literæ diuinæ plicis, non inuolucris, non replicis, quia hæc nō sapientiam præstant paruulis, sed eorum animos in confuso relinquunt, & per omnem vitam mentes hominum aberrare compellunt. Non qui plicant, non qui replicant, sed qui explicant & elucidant me (sacræ scriptura inquit) vitam æternam habebunt. Vale, ex Neometi, 22. die mensis Augusti. Anno Christianorum 1505.

XL.

IOAN. TRIT. DILECTIS IN CHRISTO SORORIBVS, RICHMODI ABBATISSÆ, ac vniuerso conuentui monasterii S. Laurentii in Sebach salutem.

ITER crastino versus Marchiam diuina miseratione assumpturi, scribere vobis priusquam Neometim exiremus, o charissimæ in Christo filiæ necessarium fore iudicauimus & oportu-
portunum,

MILITARES

imitari sapientes, qui per abstractionem desiderio in Deum salutis transeunt. Migraturi sumus? Ecce quam mihi a... prelati monachorum sine m... nihil amari terreni, omnes mundi nominibus sustinui gratis, sine demerito cui soli placere cupio, hanc superbia... bonitati gratias ago, quia in venere non parum mihi profecit. Accipio quod minus Iesus: ipsi qui non merentur curam... elo ad inferendam fuerint indocui. Non ed cum tranquillitate metis dicitur professi... sciens verum quod illi in virtutum exco... ptor, faciam proviribus quod Christi... tranquilla que nobis ferenda propositum & monachus, magna non ignota ex civitate Neometensi viciniam de... os in domum Caroli Bouilli de sancto... stri, tibi prestantanda ordinari, nec de Anno Christi 1505.

CAROLO BOVILLO DE ARISTENSI S.

Narcisco, quod nos te inficio Parisi... bene valere nunciavit, a quo dicitur es. Memor te facimus pro... nobiscum esse cenobio Spahm... profundissimas, quarum capita domini... as, nobisq; ut pollicitus es transmittas. Et... tui, & mutue testimonium dilectio... caueris, quoniam veteri more doctoru... oru multiplicatione superfluo, sepe de... de intellectu scripsisti & mihi copiose... ogia, pura & absoluta, que meo cogit... tens in se pura, integra & candida. Inco... olacuit quorundam curiozitas, qui huma... pura & sibi sufficiens est & nobis, gen... Hieronymus in epistola loquatur ad... decet Aristotelis argumenta conq... struulus, nec aures Quintilianii sol... & quotidianae similitudinibus & nullu... explicet, sensum edisserat, & colu... monium Dei lucidum est, spiritum non inuolucris, non repletis, quibus non confuso relinquunt, & per omne... quiPLICANT, non qui replicant, sed qui... am aeternam habebunt. Vale. No... 1505.

PRORIBVS, RICHMODI S. Laurentii in

ne assumpti, scribere vobis princip... & necessarium fore iudicamus & o... portum.

oportunū, quatenus & vos ex nobis consolationē, & nos ex vobis orationum suffragia ad Deum haberemus. Hortamur ergo vos in Domino Iesu Christo cui estis desponsata, vt iuxta normā cenobitica in stitutionis digne semper ambuletis, conuersationem in monasterio habentes puram, sanctam & immaculatam, sicut virgines decet cœlesti consecratæ regi. Mētēs vestras in lege Domini quantū est possibile semper occupate, lectionibus diuinarum scripturarum cum dulcedine diuini amoris insistentes, vt inter laborandum manibus nunquam vobis desit materia sanctarum meditationum. Omnia huius mundi oblectamenta nobis interdicta sunt, quibus & spontanea voluntate vos renunciaſſe constat, dum in professionis vestræ primordio clara voce vnaqueq; vestrum decantauit. Regnum mundi & omnem ornatum sæculi contempſi propter amorem Domini mei Iesu Christi, quem vidi, per spem fidei certissimam, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi. Non licet vobis repetere quod semel pro Christi amore spreuistis, sed oportet vos in cōtemptū mundanorum perseuerare vsq; ad mortem, ipso saluatore nostro in sancto Euangelio dicitur. *Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit.* Mūdum ergo & quicquid in eo est pulchrum & amabile, vobis pro Dei amore semel contemptum amplius diligere nō licet, nisi cum stultis virginibus à thalamo sponsi repulsam, & cum spiritibus apostaticis aeternā vilitis accipere damnationem. Mementote charissima in domino filia cui promiseritis fidem, & sic in omni puritate mentis & corporis viuite, vt per bonorum exhibitionem operum in desiderio diuini amoris iugiter feruentes, post huius vitæ terminū ad eum possitis peruenire. *Nolite diligere mundum, vt sanctus Ioannes ait, Neque ea que in mundo sunt. Nam si quis diligit mundum, non est charitas Dei patris in eo. Transit autem mundus, & omnis concupiscentia eius: qui facit voluntatem Dei, manet in aeternum.* Hoc autem scitote filia, quoniam Dei amor & mundi pariter in vno corde habitare non possunt, quemadmodū & oculus cœli pariter & terra simulque minime contactur. Mari iuste comparatur hic mundus, quia falsitatibus nimium est amarus, variis tentationibus & aduersitatibus inquietus, & reptilibus vitiorum vbique plenus. Hoc mare magnū & periculosum mortalibus, vos o filia ad monasterium fugiendo per Dei misericordiam euasistis, deumq; in puritate cordis amando calcastis ipsum mare sæculi, pompis omnibus in professionis vestræ primordio renanciaſtis. Vnicuique vestrum summopere est cauendum, ne mentem sæculi vanitatibus implicet, quia nihil prodest corpore fugisse mūdum, si cor adhuc in eius amore occupetur. Euasistis mundum propterea corpore, ne qua mentem occasio in eius amorem colligaret. Est autem homini sua cupiditas quasi tempestas maris, cui si peccando consenserit, siue sit in monasterio siue extra, mundanus est, & maris obruitur fluctibus. Si Deum amando cupiditatis mundi resistis, ambulas supra mare perueniesq; ad salutem. Si autem post concupiscentias tuas ambulaueris, tempestas maris procul dubio absorbebit te. Mundus enim amatores suos demergere in profundum inferni consuevit non portare, & nemo vquam mundo credidit non deceptus. Contemnendus ergo nobis est mundus o virgines Christi, & nihil penitus diligendū, non diuitia, non honores, non gaudia, non voluptates, non colloquia hominum, non salutationes, non munuscula, non laudes, non carnis solatia, non aliquis in vestitu ornatus. Vestra sunt diuitia Dei amoris, & pura conscientia testimonium, quibus acquirendis conseruandisque omni studio vobis semper est inuigilandū. Nec decet vos Dei filio desponsatas, virginisque Mariæ eius intactæ genitricis pedisse quas, in aliquo curam habere de mundo rebuſq; caducis, sed hoc solum providere omni tempore debetis, vt ei complacere possitis, cui vosmetipsas obtulistis in holocaustum. Honores autem sunt ieiuniū, abstinentia, & cōpunctionis lachryma, hominumq; seculariū & extraneorū omniū declinare cōspectus, detestari colloquia, salutationes spernere, munuscula & epistolas familiares contemnere, & nihil mundanū penitus amare. Gaudia & voluptates monialiū sunt lectionibus diuinarū scripturarum insistere, sanctis se meditationibus occupare, orationi semper intendere, macerare carnē, mentē sacris ornare virtutibus, & nullum tempus infructuosum expendere. Ornatus autē virginum claustralū humilitas est & puritas cordis, sine quibus nemo Deo placuit vnq;. Christus enim Iesus omnipotentis Dei filius, iustificator fidelium animarum, sponsus vester est, cui vos mente & corpore fideliter seruituras in puritate perpetuo mancipastis, vestrum in vobis ornatum requirit, non carnis sed cordis, non corporis sed mentis, non vestium sed virtutum, non exterioris pulchritudinis sed internæ puritatis. Huic vos, o virgines ornate non mundo, huic placere satagite non hominibus. Quotiescunque virgo monialis se hominibus, vt placeat in oculis eorum vestibus cultioribus exornat, Christo Iesu, cui desponsata est

Matth. 10.

1. Ioan. 2.

Nihil fallacius est mundum.

contumeliam facit. Ornatus enim tuus est spōsa Christi, homines fugere, & sicut diximus, ad fenestram colloquia declinare. Dicit namq; S. Ambrosius: *Vbiq; sit in virgine comes singularum virtutum pudor, qui in diuino debet esse cum virginitate, quo & risus arceatur, & uirginalis seruetur honestas.* Sit sermo uirginis prudens, modestus & rarus, non tam eloquentia pretiosus quam pudore. Mirentur omnes uirginē tacente eius uerecundiam, & loquente prudentiam, in moribus quoque religiosissimæ uitæ prædicet disciplinam. Sit cor tuum, o sponsa Christi monialis & uirgo, ab omni labe concupiscentiæ mundanæ purum, sit ab omni macula inordinatæ affectionis mundum, ut præter Iesum nihil in hac uita cogitet, nihil præter eius dulcedinem amer. Dulce nomen Iesu quoties fuerit loquendum in ore tuo resonet, mens iugiter in eius amore tota suspiret, nulla in hoc mūdo quaratur præter Iesum consolatio, iugis memoria Iesu in corde uirginis habeatur. Hoc enim Christi sponsam maxime decet, in eius amore cor suum & non aliunde iugiter occupare, ut ueraciter in eius memoria æstuans dicere possit: amore languero, non mundano sed cœlesti, non carnali sed spiritali, non alicuius hominis mortalis, sed Iesu Christi Regis æterni, qui iudex est omnium uiuentiū & mortuorū, de quo sanctus martyr Ignatius in quadam epistola dicebat. Amor meus crucifixus est. Et monialis uirgo sciens amorem suum esse DOMINUM IESUM Christum, & eum pro nobis omnibus miserabiliter crucifixum, semper in exercitio eius amarissimæ passionis legendo, meditando, & compatiendo uersetur, nec diem transigat ullum in quo tanti amatoris & sponsi pro se habitos labores ad minus non semel recogitet. Vera enim Christi amatrix non est quæ mentem suam in eius amarissima passione usque ad lachrymas meditando non occupat, sed risibus & leuitatibus mundi potius dedita, sacratissimi domini sui & sponsi obliuiscitur. Quemadmodum uero in memoria dominicæ passionis uos utiliter exercere debeatis, & dudum ex nobis audiistis & sermonibus multis. Maximum enim deuotionis fructuosissimum spiritalis profectus exercitium, memoria est iugis Christi in nos beneficiorum. Ut ergo placere ipsi possitis soli cui uos deuouistis, omnia quæ sunt transitoria pro eius amore uobis contemnenda sunt, quia non potestis Deo seruire, & mundi uanitatibus intendere. Orate pro me dulcissimæ in Christo filiæ, ut omnipotens incolumē me reducat, & in sua uoluntate sanctissima ubique custodiat. Daturus iniuriatibus locum pergo in regionem longinquam, de reditu mei die incertus. In Christo ualete. Ex Spira 26. die mensis Augusti Anno Christiano 1505.

Vera meditatio passionis Christi est meminisse beneficiorum eius.

XLI.

IOAN. TRIT. AB. MONASTERII S. MARTINI IN SPANHEIM PRIORI & Conuen. suis in Christo filiis & fratribus amatiss. salutem & cba.

CUM Neometim uicesima septima die mensis Augusti Marchiam intraturi hanc Brandenburgensem, egredere mur, propositi fuerat nostri ante festum sancti Martini reditum maturare, nosque Budorim ad Sereniss. conferre principem quousque temeritas æmulorum in nos debito sine terminaretur. Venientes autem in Berlin Marchionis illustrissimi oppidum residentia cōtinua, vndecima die mensis septembris, clementer ab eo sumus suscepti, munifice quoque tractamur, cuius uoluntati cum reluctari non debeamus, usque ad festum Paschatis manere cum eo consensimus, & quidem non sine cōmodo nostro sicut confidimus. Verum ne uos mutatio propositi necessaria lateret, oriretur ue sinistra de nobis aliqua inter uos suspicio, fratrem Theodoricum capellanum nostrum, harū portitorem literarum ad uos mittere decreuimus, quo statum nostrū referēte per omnia cognoscetis. De reditu autē nostro ad monasterium meum Spanhemēse fratres hoc uobis quod sapius mandauit iterum denuntio, nihil temere futurum, sed omnia cum matura deliberatione & amicorum consilio facturum sum. Si uultis me Patrē habere uobiscū æmulorum meorum conspirationes delinate: quod si contempseritis, quicquid inde securum fuerit, non mihi sed uobis imputandum noueritis. Ego enim & meliori conditione uiuere, & cum maiori tranquillitate Deo seruire possum extra Spanheim, quam apud uos potuerim unquā, si propriē uellem, utilitatis commoda sectari. Sunt reges & principes mihi & nori & compatiētes non pauci, quorum fauore non solū iniurias vindicare possem si uellem, sed etiam statui meo sufficientem prouisionem inuenire. Sed amore illius qui pro nobis mortem in cruce sustinuit, neq; vindicare contumelias mihi factas, neque uos deserere uolo, nisi forsitan deserar primū à uobis. Quod si factum fuerit, non me propter me, sed potius propter uos tam diu per incerta uagatum experiemini. Ducem quoque uestrum mihi sine demerito infensum ad agnitionem ueritatis reducite, & quam temere in nos